



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3 vtrum præcipitatio, seu temeritas sit peccatum sub imprudentia  
contentum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



circumstantijs ratio, ad hoc q̄ circumstantia trahat actū in suam speciem, exigitur q̄ sit p̄ se intenta a peccate ac per hoc tunc tantum hēt circumstantia propriū motiū, q̄ illud est intentum per se a peccate. Ex altera autē parte apparet oppositum: q̄ si sequeretur, videlicet est, quod committēs adulterium in ecclesia solo appetitū suū satisfaciendū voluptati, non esset sacrilegus, quod omni aures offendit.

In hoc dubio libet esse discipulus, quoniam docere nec me, ne alios noui.

In eadem responsione ad tertium, aduerte, q̄ licet malum consiliū, malum iudiciū, & malum præceptum distinguantur specie infra rationis limites, ac per hoc, ut in litera dicitur, defectus conditionum prudentie nō faciunt diuersitatem specificam, nisi secundum horum diuersa em actum, relati tamen hi actus ad materiam vnam, sunt vnus speciei, v. g. consiliū, iudiciū, & præceptū de inuita percussione clerici ad vnicam specie sacril. gij spectant, q̄ est motiū ad omnia. Vnde percussio talis, licet multarum sit specierum, si species def. actum rationis connumerāde sunt, quia tñ species rōnis nō addunt in infinitum, ideo nō computantur inter exprimenda de necessitate in cōfessione.

etiam prudentia. Alio modo secundum partes quasi potentiales prudentiæ, quæ sunt virtutes adiuncte, & accipiuntur secundum diuersos actus rationis. Et hoc modo quantum ad defectum consilij, circa quod est ebullia, est precipitatio, siue temeritas imprudentiæ species. Quantum uero ad defectū iudicij, circa quod sunt synesis, & gnome, est inconsideratio. Quantum vero ad ipsū præceptum, quod est proprius actus prudentiæ, est inconstātia, & negligentia. Tertio modo posunt iungi per oppositum ad ea, quæ requiruntur ad prudentiam, quæ sunt quasi partes integrales prudentie. Sed quia omnia illa ordinantur ad dirigendū predictos tres rationis actus, inde est, quod omnes defectus oppositi reducuntur ad quatuor predictas partes, sicut incautela, & incircūspectio includitur sub inconsideratione. Quod autē aliquis deficiat a docilitate, & memoria, vel ratione, pertinet ad precipitacionem. Imprudētia uero, & defectus intelligentiæ, & solertiæ pertinet ad negligentiam, & inconstāciam.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ ratio illa pcedit de generalitate, quæ est secundum participationē.

AD SECUNDVM dicendū, quod quia scientia est magis remota a moralibus, quā prudentia secundum propriam rationē vtriusque, inde est, quod ignorantia non habet de se rationem peccati mortalis, sed solum rōnem negligentie præcedentis, uel effectus sequentis: & propter hoc ponitur inter generales causas peccati: sed imprudentia secundum propriam rationem importat vitium morale: & ideo magis potest dici speciale peccatum.

AD TERTIVM dicendū, quod quando corruptio diuersarum circumstantiarum hēt idem motiū, non diuersificatur peccati species: sicut eiusdē speciei est peccatum, ut aliquis accipiat non sua, & vbi non deberet, & q̄n non dēt. Sed si sint diuersa motiua, tunc essent diuersæ species, puta, si vnus acciperet, vbi non deberet, ut faceret iniuriam loco sacro, quod faceret speciem sacrilegij: alius q̄n non debet propter solum superfluum appetitum habendi, quod esset simplex auaritia. Et ideo defectus eorum, quæ requiruntur ad prudentiam, non diuersificant species, nisi quatenus ordinantur ad actus rationis, ut dictum \* est.

ARTICVLVS III.

Utrum precipitatio sit peccatum sub imprudentia contentum.

AD TERTIVM sic proceditur. Vt, q̄ precipitatio non sit

peccatum sub imprudentia contentum. Imprudentia enim opponitur uirtuti prudentiæ: sed precipitatio opponitur dono consilij, dicit enim Greg. \* in 2. Moral. q̄ donum consilij datur contra precipitacionem. ergo precipitatio non est peccatum sub imprudentia contentum.

¶ 2 Præ. Precipitatio uidetur ad temeritatem pertinere: temeritas autem præsumptionē importat, quæ pertinet ad superbiam. ergo precipitatio non est uitium sub imprudentia contentum.

¶ 3 Præ. Precipitatio uidetur importare quandam inordinatā festinationem: sed in consiliando non solum contingit esse peccatum per hoc, q̄ aliquis est festinus, sed etiam si sit nimis tardus, ita quod prætereat opportunitas operis, & etiam inordinaciones aliarum circumstantiarum in \* 6. Ethic. ergo non magis precipitatio peccatum sub imprudentia contentum est, aut aliqua alia huiusmodi ad inordinaciones consilij pertinentia.

SED CONTRA est, quod dicitur Proterorum tenebrosa, nesciunt ubi corrumpantur uia impietatis pertinent ad imprudentiam, siue precipitari ad imprudentiam.

RESPON. Dicendū, q̄ precipitatio in ma, metaphoricè dicitur secundum similitudinem motu acceptam. Dicitur autem precipitacionem corpus motum, quod si imaperuenit secundum impetum quem motus, uel aliquid impellens, non occidendo per gradus. Summum autem aut ratio: imum autem est ipsa operatio peccata. Gradus autem medij, per quos oportet descendere, sunt memoria præteriti, presentium, solertiā in considerationibus, ratio cinatio conferens summam litas, per quam aliquis acquirit scientiam per quos quidem gradus aliquis ordinat recte consiliando. Si quis autē fecerit impetum uoluntatis, uel passionis, per quos modi gradibus, erit precipitatio. Causa natio consilij ad imprudentiam pertinet, quia uitiū precipitacionis sub imprudentia.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod precipitatio pertinet ad donum consilij, & ad prudentiam, licet diuersimode, ut supra dicitur. ideo precipitatio utriusque contentum.

AD SECUNDVM dicendū, quod precipitatio temere, quæ ratione non regitur, contingere dupliciter. Vno modo ex cogitatione, uel passionis: alio modo ex cogitatione, uel passionis. Et hoc proprie importat temeritatem, quæ ex ea radice superbiæ prouenit, quæ regulæ alienæ: precipitatio autem est temeritas sub precipitacione contentum, magis respiciat peccatum.

AD TERTIVM dicendū, q̄ in precipitacione filij multa particularia sunt consideranda. lo. dicit in \* 6. Ethic. Oportet cōsiliū precipitatio directius opponitur rectitudinem tarditas superflua, quæ habet quantitatē nem recti consilij.

In corp. ar. & 1. q. 72. art. 9.

Inf. ar. 5. co. & q. 127. ar. 1. ad 2. Et m. a. q. 15. art. 4. co.

Super Quæstio. quinquagesimasexta: articulum tertium.

In arti. 3. in responsione ad secundū, nota quid proprie



Super Quæstio quin-  
quagesima tertia ar-  
ticulari quarta.

ARTICVLVS IIII.

¶ **V**trum inconsideratio sit speciale pec-  
catum sub imprudentia con-  
tentum.

**A**D QVARTVM sic proceditur.  
Videtur, quod inconsidera-  
tio non sit peccatum speciale sub  
imprudencia contentum. Lex enim  
diuina ad nullum peccatum nos  
inducit, secundum illud Psalm. 18.  
Lex Domini immaculata: indu-  
cit autem ad non considerandum,  
secundum illud Math. 10. Nolite  
cogitare quomodo, aut quid lo-  
quamini. ergo inconsideratio non  
est peccatum.

¶ **2** Præ. Quicumque consilia-  
tur, oportet quod multa confi-  
deret: sed per defectum consilij  
est precipitatio, & per consequens  
ex defectu considerationis. ergo  
precipitatio sub inconsideratione  
continetur. non ergo inconsidera-  
tio est speciale peccatum.

¶ **3** Præ. Prudentia consistit in  
actibus rationis practice, qui sunt  
consilij, iudicare de consilia-  
tis, & precipere: sed considerare  
præcedit omnes istos actus, quia  
pertinet etiam ad intellectum specu-  
latiuum. ergo inconsideratio  
non est speciale peccatum sub im-  
prudencia contentum.

**S**ED CONTRA est, quod di-  
citur Prouerb. 4. Oculi tui videâr  
recta, & palpebræ tuæ præcedant  
gressus tuos, quod pertinet ad  
prudentiam: sed contrarium hu-  
ius agit per inconsiderationem.  
ergo inconsideratio est speciale  
peccatum sub imprudentia con-  
tentum.

**R**ESPON. Dicendum, quod  
consideratio importat actum intellectus, veritatem  
rei intuitis. Sicut autem inquisitio pertinet ad ra-  
tionem, ita iudicium pertinet ad intellectum. Vnde  
& in speculatiuis demonstratiua scientia dicitur iu-  
dicatiua, in quantum per resolutionem in prima  
principia intelligibilia de veritate inquisitorum di-  
iudicatur: & ideo consideratio maxime pertinet ad  
iudicium. Vnde & defectus recti iudicij ad vitium  
inconsiderationis pertinet, prout scilicet aliquis in  
recte iudicando deficit ex hoc, quod contemnit, vel  
negligit attendere ea, ex quibus rectum iudicij pro-  
cedit. Vnde manifestum est, quod inconsideratio  
est peccatum.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod Domi-  
nus non prohibet considerare ea, quæ sunt agenda,  
vel dicenda, quando homo habet opportunita-  
tem: sed dat fiduciam discipulis in uerbis inductis,  
ut deficiente sibi opportunitate vel propter imperi-  
tiam, vel quia subito preoccupantur, in solo diui-  
no confident consilio: quia cum ignoramus quid  
agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut  
oculos nostros dirigamus ad Deum, sicut dicitur 2.  
Paralipomenon 20. Alioquin si homo pretermittat  
facere quod potest, solum diuinum auxilium expe-

Etans, videtur tentare Deum.

**A**D SECUNDVM dicendum, quod consideratio  
eorum, quæ in consilio attenduntur, ordinatur ad  
recte iudicandum: & ideo consideratio in iudicio  
perficitur. Vnde etiam inconsideratio maxime op-  
ponitur rectitudini iudicij.

**A**D TERTIVM dicendum, quod inconsideratio  
hic accipitur secundum determinatam materiam,  
id est, secundum agibilia humana, in quibus plura  
sunt attendenda ad recte iudicandum, quam etiã in  
speculatiuis: quia operationes sunt in singularibus.

ARTICVLVS V.

¶ **V**trum inconstancia sit vitium sub im-  
prudencia contentum.

**A**D QVINTVM sic proceditur.  
Videtur, quod inconstancia  
non sit vitium sub imprudentia  
contentum. Inconstancia enim  
videtur in hoc consistere, quod  
homo non persistat in aliquo dif-  
ficili: sed persistere in difficultibus  
pertinet ad fortitudinem. ergo in-  
constancia magis opponitur for-  
titudini, quam prudentiæ.

¶ **2** Præ. Iaco. 3. dicitur. Vbi zelus  
& contentio, ibi inconstancia, &  
omne opus prauum: sed zelus ad  
inuidiam pertinet. ergo inconstan-  
tia non pertinet ad imprudentiam,  
sed magis ad inuidiam.

¶ **3** Præ. Ille videtur esse inconstans,  
qui non perseverat in eo, quod  
proposuerat: quod quidem perti-  
net in delectationibus ad inconstan-  
tiam: in tristitijs autem ad  
mollem, sive delicatum, ut dicitur  
7. Ethic. ergo inconstancia non  
pertinet ad imprudentiam.

**S**ED CONTRA est, quod ad  
prudentiam pertinet præferre  
maius bonum minus bono. ergo  
desistere a meliori pertinet ad  
imprudentiam: sed hoc est in-  
constancia. ergo inconstancia per-  
tinet ad imprudentiam.

**R**ESPON. Dicendum, quod inconstan-  
tia importat recessum quendam  
a bono proposito diffinito. Hu-  
iusmodi autem recessus principij  
quidem habet a vi appetitiua. Non  
enim aliquis recedit a priori bo-  
no proposito, nisi propter aliqd,  
quod sibi inordinate placet: sed  
iste recessus non consumatur, ni-  
si per defectum rationis, quæ fal-  
litur in hoc, quod repudiatur, quod  
recte acceptauerat. Et quia cum pos-  
sit resistere impulsui passionis, si  
non resistat, hoc est ex debilitate  
ipsius, quæ non tenet se firmiter in  
bono proposito concepto: & ideo  
inconstancia quantum ad sui con-  
sumationem, pertinet ad defectum  
rationis. Sicut autem omnis recti-  
tudo rationis practice pertinet ali-  
qualiter ad prudentiam: ita omnis

Super Quæstio  
quingagesima tertia  
articulum quinquiesimum.

In articulo 5 in respõ  
sione ad tertium, duo  
sunt dubia ad ho-  
minem, authorem. I.  
Primum est de subie-  
cto continentie. Nã  
hic author confirmat  
quod præcedenti li-  
bro quæstionis quin-  
quagesime octauæ,  
artic. 3. ad secundum  
inchoasse videtur, scilicet  
quod continentia  
fit subiectiue in ra-  
tione in qua est pru-  
dentia. Inferius vero  
quæstione. 155. artic. 3.  
determinat, quod con-  
tinentia est subiecti-  
ue in voluntate. Quia  
prima differentia in-  
ter continentem & in-  
continentem inueni-  
tur secundum ele-  
ctionem, quæ est actus  
voluntatis.  
¶ Secundum autem  
dubium est, Quod pacto  
continentia est  
pars constantie, quæ  
est pars prudentiæ,  
quæ est vere & proprie  
virtus. Et tamen  
inferius quæ prædicta  
artic. 1. decernitur  
cum Aristot. 1. Ethic.  
quod continentia non  
est virtus.  
¶ Ad hæc dubia re-  
spondebitur inferius  
in loco dicto, ubi ex  
proposito materia  
vtraque tractatur. Hic  
autem sã sit nosse  
dubitare, & aduerte-  
re, quod author vir-  
tur hoc in loco ver-  
bis opinatus, dum  
dicit quod non videtur  
esse in vi appetiti-  
ua, & quod videtur  
esse species constan-  
tiantie: & rursus quod  
ratio authoris hic  
non habet locum, ni-  
si in appetitu sensiti-  
uo, cuius actus sunt  
passiones concupi-  
scentiæ, & tristitiæ.  
Erit autem sic & susti-  
nendum, quomodo con-  
stantia est pars prudẽ-  
tiæ, si continentia  
est in voluntate, quo  
argu-

Lib. 7. cap. 7.  
tom. 5.